

Amplitudinis tuæ (sive Episcopi) licentia. Hæc ibi. Dices cum Navarro, ubi supra. Ante Concilium Tridentinum poterat Parochus abesse per duos menses absque alia licentia, ex causa, quæ sibi iusta videbatur, can. Præsentium. 7. q. 1. ergo idem licebit post Tridentinum. Præsertim, cum verba hujus, num. 57. relata, in utramque partem flecti possint: simulque à Jure antiquo non sit recedendum sine Jure novo expresso, l. Præcipimus. C. de Appellationib. Accedit, quod Episcopus, qui magis residere tenetur, possit sine alia licentia per duos, vel tres menses abesse; ergo idem dicendum de Parocho. Probatum consequentia: tum à majoritate rationis. Tum quia Concilium Tridentinum cit. cap. 1. Sess. 23. generaliter fatetur, eos, qui aliquantisper tantum abstant, puta, per duos vel tres menses, non videri abesse, quia statim revertuntur sum. Tunc tandem, quia idem Concilium loc. cit. §. Eadem omnino, decernit, dicta ibidem de Episcopis, pariter locum habere in Curatis inferioribus.

70 Ad has Navarri, & sequacium rationes, & imprimis ad priorem ipsarum, negatur Antecedens: nam istud non esse verum, pluribus iuribus firmat Garcias part. 3. de Benefic. cap. 2. n. 22. & n. 90. ac 97. Neque urget can. præsentium. 7. q. 1. Quia huic opponitur alius Canon, videlicet can. Si quis in Clero. ead. caus. 7. q. 1. juncto c. Relatum. 4. & Glossa y. Prælatorum. h. t. Accedit, quod Adeodatus, de quo fit mentio in cit. can. Præsentium, per duos menses abfuerit de licentia Superioris; ut liquet ex illis verbis citati Canonis: Asserit namque Adeodatus, à Quintiano fratre, & Coepiscopo nostro, in loco suo pro quibusdam fe suis ordinandis negotiis relaxatum, &c. Ubi ponderandum ly, relaxatum: siveque Canon ille potius urget pro Conclusionis, & non contra eam. Prout etiam notavit Glossa fin. cit. can. Si quis in Clero. 7. q. 1. asserens, idem esse in utroque relato Canone, quando Presbyter abest de licentia Superioris.

71 Ad alterum, nempe ad majoritatem rationis de Episcopo, negatur consequentia. Quidquid etiam fit de Antecedenti, seu quod Episcopus magis residere tenetur, quam Parochus (nam loquendo de residentia personali, ac spectato Jure communi, tot. Tit. de Officio Vicarij, Episcopus propter molem negotiorum potest, ac ordinariè tenetur habere Vicarium Generalem, per quem possit sua negotia melius expedire; non item Parochus) patet ex dictis supra n. 10. & seqq. & num. 57. & 58. quod non solum Episcopus, verum etiam Parochus, aliusque Curatus, Jure Divino & naturali, atque vi sui officij Pastoralis obstrictus sit, in loco Beneficij residere. Accedit, quod Concilium Tridentinum, declarans obligationem Juris Divini & naturalis, Episcopis expressè concesserit absentiam duorum, vel trium mensium, per anni decursum: non item Curatis inferioribus. Istis enim per relatum n. 57. textum, etiam absentiam per bimestre denegavit; non obtenta iustis ex causis licentia Superioris, & substituto idoneo Vicario, per Episcopum approbando.

72 Neque urget, quod Concilium Tridentinum cit. Sess. 23. cap. 1. §. Quoniam autem, de Reformatione duorum, vel trium mensium, reputet modicam. Resp. enim, hanc quidem reputari ibidem modicam respectu Episcopi; non autem respectu Parochi, ut clarè patet ex cit. cap. 1. §. Eadem omnino. Siquidem pro diversitate status, & conditionis personarum, temperari regulas Sacrorum Canonum, textus est in can. 1. dist. 29. Quanta autem sit diversitas Dignitatis, status seu conditionis Episcoporum, mole negotiorum spiritualium totius

Dioecesis gravatorum, atque idcirco, Jure ipso concedente, habentium proprium Vicarium Generalem, per quem junctis aliis Consiliariis in corporali absentia sua possunt omnia necessaria commode expediri, & inter Parochum, cujus fides & industria personalis de Jure requiritur, ac præsertim in administratione Sacramentorum infirmitatis tempore Parochianis necessaria est, quis non videt?

Ad ultimum patet ex verbis ejusdem Concilii cit. num. 57. relatis, quod Parochi æquiparentur Episcopis quoad culpam, amissionem fructuum, & penas, nisi relederint: non vero quoad tempus licite absentia. Atque istud potest verisimiliter conitari ex eo: quia præter diversitatem Dignitatis, seu status personarum, Sacrosancta Synodus Tridentina cognovit, plura ovium commissurarum damna, vel pericula ex absentia Parochi oriri posse, præcipue ob defectum legitimæ administrationis Sacramentorum, quam ex personali absentia Episcopi; idque ob rationes proximè dictas.

Resp. II. Adeo ad absentiam Parochi, seu alterius Curati per bimestre, requiritur licentia Episcopi, ut non sufficiat, hanc ex rationabili causa fuisse petitam; nisi etiam fuerit obtenta, atque in scriptis data. Ita Abbas c. Relatum. n. 5. & Fagnanus ibid. n. 12. & 13. h. t. subjungens tamen, quod si Clerico postulanti Prælati renuerit licentiam impertiri, possit haberi recursum ad Superiorem illum Prælati: & subsistente rationabili causa, possit idem Superior concedere Prælatum inferiori ad eam licentiam concedendam; prout censuit Sacra Congregatio Concilii. Id ipsum tradit Garcias cit. part. 3. cap. 2. n. 37. & seqq. allegans Declarationem Sac. Congregationis Concilii: & Barbosa cit. allegat. 53. num. 95. 96. & seqq. & alii. Ratio Conclusionis delimitur ex verbis Concilii Tridentini, cit. Sess. 23. cap. 1. de Reformat. ibi: Descendendi autem licentiam in scriptis, & gratis concedendam &c. ac proinde non sufficit, licentiam illam duntaxat peti; sed oportet eam etiam concedi, & quidem in scriptis.

Limitatur tamen data Conclusio, nisi occurrat causa gravis, & necessaria subitò abscedendi, quæ tantam celeritatem requirit, ut non patiatur dilationem, sed sit periculum in mora petendi licentiam. Tunc enim Curatus, relicto idoneo Vicario, poterit discedere absque præhabita licentia Ordinarii: nam necessitas non habet legem, cap. 4. de Reg. Jur. Ita tamen, ut hujusmodi Curatus, quamprimum fieri poterit, teneatur tertioræ Ordinarii de discessu, atque necessitate occurrente, ut is de causa cognoscat; detque licentiam, nisi in brevi sit reversurus. Abbas c. Relatum. num. 6. & Fagnanus ibid. n. 14. & 33. & 45. h. t. Garcias, ubi supra n. 34. citans alios. Sola autem distantia loci ab Episcopo, etiam cum necessitate discedendi, non excusat Parochum, ut possit abesse à sua Ecclesia sine licentia in scriptis obtenta, nisi concurrat memorata necessitas moram non patiens. Fagnanus loc. cit. n. 27. & 33. Garcias cit. n. 34. ubi refert Declarationem Sacre Congregationis Concilii in terminis sic loquentem.

Et si petas, quanto tempore possit Parochus de 76 licentia Episcopi abesse à sua Parochia ex gravi causa? Respondet Navarrus Consil. 15. nu. 2. de Cleric. non resident. ex iusta causa posse sic Parochum abesse, etiam ad multum tempus: ut faciliè (inquit) colligitur ex Concilio Tridentino Sess. 23. cap. 1. de Reformat. juncto c. Relatum. h. t. Verum hæc sententia passim relinquitur ab Authoribus: ut videtur est apud Garciam loc. cit. n. 45. Gonzalez ad Reg. 8. Cancellar. gloss. 6. num. 250. Zerolam in Proxi Episcop. part. 1. §. Parochus, §. 6. & alios: qui etiam

etiam Apostilla ad cit. Consil. 15. Navarri, ex Declaratione Sacre Congregationis, rejicit illam sententiam.

77 Alii itaque volunt, Episcopum causâ cognita, & approbata, posse Parochis dare licentiam absentia à Parochia ad duos, vel (gravi tamen de causa) tres menses. Fagnanus c. Relatum. n. 21. & 29. h. t. Barbosa part. 1. de Offic. Parochi. num. 58. 59. & seqq. Garcias part. 3. de Beneficis, cap. 2. num. 22. alterens, quod ad bimestre tempus absentia sufficiat quæcumque iusta causa, veluti recreationis, aut visendi amicos, & hujusmodi: ultra bimestre autem requiritur gravis causa, & quæ talis Episcopi arbitrio reputetur, juxta Concilium Tridentinum cit. cap. 1. ibi: Descendendi autem licentiam ultra bimestre tempus, nisi ex gravi causa, non obtineant. Et quamvis idem Garcias d. cap. 2. num. 43. refert quandam Declarationem Sacre Congregationis Concilii, quod dicitur, Episcopum posse per visitationem utriusque Parochi ad quatuor menses, constituto interim idoneo Vicario: tamen hanc ipsam Declarationem fuisse revocatum per aliam, quam allegat, censet ibidem Garcias n. 42. & 44.

78 Resp. III. Præmissis non obstantibus potest Parochus ex causa, quæ sibi legitima videtur, per unum, vel alterum diem, imò & per sex, aut septem dies abesse sine alia licentia Ordinarii: dummodo interim idoneum Vicarium ab Ordinario approbatum relinquat, neque obstat specialis Constitutio Episcopi. Prior pars, loquens de uno, vel altero die, videtur certa: nam, ut inquit Castro Palao tract. 13. de Beneficis, disp. 5. punct. n. 2. universalis consuetudo istud declarat, quæ est optima legum interpret: c. Cum dilectus. 8. de Consuetud. cum similibus. Nec immeritò: nam qui paullisper tantum abest, non videtur abesse; ut fatetur Concilium Tridentinum cit. Sess. 23. cap. 1. de Reformat. Unde in simili brevi reverfa uxor, nec divertisse videtur, juxta textum expressum l. Quidquid in calore. ff. de Reg. Jur.

79 Altera pars, loquens de sex vel septem diebus, est majoris difficultatis. Est enim Castro Palao cit. n. 2. & Barbosa part. 3. de Offic. & potest. Episc. allegat. 53. n. 106. citans Possiveinum de Offic. Curati. cap. 1. num. 13. & seqq. docet, Parochum posse abesse ex causa, quæ sibi legitima videtur, etiam per hebdomadam, sive per octo dies, relicto tamen idoneo Vicario, absque alia licentia Ordinarii: nihilo minus, ut refert Garcias part. 3. de Beneficis, cap. 2. numer. 23. & Fagnanus c. Relatum. n. 32. h. t. Sacra Congregatio Concilii super cap. 1. Sess. 23. de Reformat. inter alia declaravit, quod Parochus nec possit per hebdomadam abesse: non petita, vel non obtenta licentia, etiam relicto Vicario idoneo, ab ipso Ordinario approbato. Quia tamen hæc ipsa Declaratio excipit duntaxat integram hebdomadam, videtur oppositum sensisse de sex, vel septem diebus, arg. l. Quæstium. §. Denique. ff. de Fundo instructo. & c. Nonne. 5. de Presumpt. cum similibus. Neque enim ex tam modica absentia Parochi, constituitur interim idoneum Vicarium, morale aliquod creditur ovium, seu Parochianorum, periculum oriri censetur.

80 Accedit, quod Sacra Congregatio interrogata per Parochum Orliensem, an liceret sibi ab Ecclesia, sex, aut septem diebus, abesse causâ visendi suos parentes senes, & pauperes? Respondit, id licere: prout refert Fagnanus cit. c. Relatum. num. 25. & 26. h. t. Nec obstat, quod idem Fagnanus loc. cit. dicat, Sacram Congregationem hæc sua responsione solummodo declarasse, quod visitatio parentum senum, & pauperum, sit sufficiens causa, Reiffensuel Jus Can. Tom. III.

ob quam Episcopus possit Parocho concedere licentiam discedendi ad sex, vel septem dies. Nam, cum nulla super iustitia hujus causæ possit oriri, aut orta fuerit controversia (Fili quippe Jure naturali, & Divino, debent Parentibus reverentiam, & pietatem) verisimile non est, vel Parochum Orliensem desuper interrogare, vel Sacram Congregationem respondere voluisse; sed solum, an id liceat Parocho, nimirum absque alia Episcopi licentia.

Additur tamen in data Conclusione, ex causa, 81 que sibi (hoc est, Parocho absque alia Episcopi licentia, siveque sine hujus judicio super æquitate causæ, discessuro) legitima videtur. Nam sine ulla causa rationabili, ac mero vagandi animo, Parochus à suis ovibus se absentans, graviter peccat; cum faciat contra naturalem iustitiam, quâ ipsemet ex suscepto officio tenetur ovium Christi sibi commissurarum curam gerere, siveque residere: adeo, ut cessante aliâ iustâ causâ, non sufficiat istud præstare per constitutum Vicarium, cum fuerit electa fides, atque industria personæ ipsius. Barbosa cit. allegat. 53. numer. 106. & part. 1. de Offic. Parochi, cap. 8. n. 40. cum aliis.

Additur ulterius in Conclusione, dummodo inter- 82 rim idoneum Vicarium &c. Quia, ubi Parochus, vel alius Curatus abest iustâ de causa, sive cum licentia Superioris, sive absque ea per aliquot dies, semper tenetur relinquere idoneum Vicarium, seu Clericum substitutum, atque in suo Episcopatu admittit pro administratione Sacramentorum, qui interim pro se populo interservit. Et ita decrevit Concilium Tridentinum cit. cap. 1. Sess. 23. §. Eadem omnino; ibi: Quandocumque eos abesse contigerit, Vicarium idoneum, ab ipso Ordinario approbandum, cum debita mercedis assignatione relinquunt. Barbosa d. allegat. 53. n. 106. Castro Palao cit. punct. 5. n. 2. & alii.

Fatendum quidem, non deesse Doctores istud 83 limitantes, quando nullum subest morale periculum necessitatis substituendi aliquem Vicarium; puta, quia nullus est in Parochia infirmus. Nam quod tunc per unum, vel alterum diem non Festum, licet possit abesse Curatus, nullo interim constituto Vicario, censet Castro Palao cit. num. 2. & Barbosa d. allegat. 53. n. 106. asserens, etiam per tres dies posse Curatum sic abesse. Verum hæc sententia, præsertim biduum, aut triduum talis absentia concedens, in praxi est difficilis, nec faciliè toleranda per Superiores; eò quod ob miliones casus, quibus exposita est vita, salutæ spiritualis Parochianorum, vix unquam cognosci valeant, hic & nunc nullum subesse morale periculum Parochianorum, etiam si nullus in Parochia reperitur actualiter infirmus. Unde idem Barbosa part. 1. de Offic. Parochi, cap. 8. n. 44. rigidius incedit, ubi talem Parochi absentiam, nullo constituto Vicario, permittit quidem ad aliquot horas, sed illico subjungit: Abesse verò totâ die, quando nullus infirmus, raro in anno, nec laudo, nec vitupero: abesse autem per duos, vel tres dies nullo infirmo, & nullâ aliâ causâ justificante, habet valde de rationabili esse mortale, propter multa, que possunt eo tempore evenire, maxime in villis, ubi non est alius Sacerdos à Parocho. Hæc ille, citans pro hac sententia Ludovicum de S. Joanne, Tit. de Resident. n. 8. & Possiveinum de Officio Curati, cap. 1. n. 4.

Deinde limitatur data Conclusio, quando adest 84 Constitutio Episcopi, prohibens Parochis, ne ultra biduum sine sua licentia à propriis Ecclesiis abstant: tunc enim Parochi, etiam stante causâ rationabili, & constituto idoneo Vicario, non possunt ultra biduum, & consequenter nec per hebdomadam abesse sine

stolica. Tunc enim hoc ipso, quod non possit replicari, seu se dividere in duos, serviet alteri Ecclesiae per Vicarium, arg. cit. c. Extirpanda. 30. §. Qui vero de Præbend. Ita tamen, ut resideat in digniori: vel si ambæ sint paræ, adeo ut neutra sit dignior, vel principalior altera possit residere, in qua maluerit. Gonzalez ad Reg. 8. Cancellar. gloss. 6. n. 268. & 269. Barbola part. 3. de Offic. & potest. Episc. allegat. 53. n. 82. Garcias cit. part. 3. cap. 2. n. 179. vers. Decima sexta asserens, Sacram Congregationem Concilii ita declarasse, atque rescriptisse Episcopo Abulensi. 15. Martii. 1575. ubi etiam universim viginti septem Declarationes ejusdem Sacræ Congregationis huc facientes allegat.

102 Queritur V. An propter pestem grassantem, vel hostilem incursum, excusetur Parochus à residentia personali? Resp. I. Eius non pauci Doctores ad urgentem necessitatem, quæ excusat Curatum à residentia personali, reducant bellum, sive hostilem incursum, ac pestem faventem; ut Azorius part. 2. lib. 7. cap. 4. quæst. 4. Pirhing h. t. n. 23. & alii: nihilo minus hæc doctrina sic universaliter tradita non subsistit, nisi benignè, ac modo sequenti intelligatur, juxta Declarationem Sacræ Congregationis, quam refert Fagnanus in c. Clericos. n. 33. & seqq. h. t.

103 Imprimis enim Sacra Congregatio Concilii Tridentini ad dubia, instante S. Carolo Borromeo, Archiepiscopo Mediolanensi, & S. R. E. Cardinale proposita, 1576. die 11. Octobris, respondens declaravit; Parochos tempore pestis teneri in Parochialibus residere. Quod ipsum ob paritatem rationis intelligendum est de tempore belli, seu hostilibus incursum, ne tempore tam periculoso destituantur Oves spiritali auxilio Pastoris sui; contra illud Salvatoris, Joann. cap. 10. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Deinde eadem Congregatio censuit, Parochum teneri eodem tempore Parochianis suis peste laborantibus ministrare duntaxat duo Sacramenta, nempe Baptisum, & Pœnitentiam, seu Confessionem: posse tamen ea ministrare vel per se, vel per alium (cæteroque idoneum) eâ potissimum ratione, ut Parochus possit audire Confessiones sanorum, qui aliàs eum reformidarent, si viderent ipsum accedere ad pestilentem, sicut non illi confiteri, veriti contagionem: utque etiam impleat Parochus conservatâ sanitate officio hortandi, prædicandi, consolandi que suos Parochianos uberius, & plenius fungi valeat. Ita Fagnanus cit. c. Clericos. n. 38. & 39. h. t. postea referens nonnullas alias Sacræ Congregationis Declarationes, & quidem approbatas à Sanctissimo, quæ omnes tendunt in id ipsum; videlicet, Parochos tempore pestis teneri residere, atque memorata Sacramenta omnino ministrare vel per se, vel per alium idoneum Substitutum.

104 Insuper dicta Sacra Congregatio Concilii declaravit, Parochos contumaces non ideo statim privandos esse suis Beneficiis, quod tempore pestis absint à suis Ecclesiis: sed agendum prius bonis verbis, & pie cohortationibus, atque admonitionibus: ac postmodum præmissis Edicto, seu monitione, contra eos procedendum esse, sicut Concilium Tridentinum Sess. 23. cap. 1. de Reform. mandavit: videlicet, primò per censuras Ecclesiasticas; secundo per sequestrationem, & subtractionem fructuum; ac tandem per alia Juris remedia, etiam usque ad privationem Beneficii. Fagnanus lo. cit. num. 41. Adde dicta superius num. 63. & 65.

105 Obijcies autem contra priorem Declarationem Sacræ Congregationis. Potest Parochus de licentia Episcopi, ac substituto idoneo Vicario, discedere à loco Beneficii causâ curandæ infirmitatis,

pergendo, v. g. ad thermas &c. aut causâ declinandarum capitalium inimicitiarum, juxta dicta num. 91. & 92. Ergo eadem ratione poterit recedere tempore belli, aut pestis grassantis: ne aliqui sani fugerent parochos, simulque Parochi omnes brevi morerentur, aut ab hostibus occiderentur, cum magna jactura Reipublicæ Christianæ. Resp. neg. consequente, cum sua probatione. Quia exinde ad summum sequitur, quod Parochus tempore pestis possit Sacramenta per alium ministrare hoc morbo laborantibus: non autem, quod possit à sua Parochia recedere, atque à personali residentia excusetur, ob dicta numer. 103. Neque urget adducta instantia de Parochio infirmo, ad thermas v. g. discedente, vel capitalis inimicitias declinante. Disparitas enim est inter casum, quo solius Parochi vita periclitatur ob contractum morbum adhuc curabilem, vel ob capitalis inimicitias ejus particulari personæ imminentes: & inter casum, quo omnibus Parochianis communiter tale periculum imminet; ut tempore pestis, belli, ac hujusmodi. In priori enim casu bene potest Parochus cum licentia Episcopi, & constituto idoneo Vicario recedere, quia ex suo discessu nullum imminet Parochianis, seu ovibus suis periculum; cum vita duntaxat sua privata periclitetur, simulque per constitutum Vicarium aequè possit esse tuta salus Parochianorum. Secus dicendum in altero casu, ubi commune periculum subest, atque parochus residens adhuc potest prodesse sanis, ipsosque exhortando, consolando, verbum Dei proponendo, ac Sacramenta administrando, in via mandatorum Divinorum corroborare. Adde dicta superius §. præced. n. 44. & 45.

Resp. II. Notandum tamen est Parochis, atque 106 constitutis ipsorum Vicariis, ut tempore pestis in administrandis Sacramentis cautè se gerant, ne ex ipsorum præmatura morte plures alii spirituale damnum patiantur. In quem finem plures regulæ, seu cautelæ, dari solent à Medicis, atque Theologis: ut sunt, ex præscripto Medici habere ad manum bona Præservativa contra pestem: ægrotos non visitare jejuno stomacho; aut, si necessitas urgeat (parum morbus hic dilationem non patitur) apponere ad nares parum Theriacæ, aut strophilium acetum tinctum, vel aliud hujusmodi præservativum. Salivam, utpote vehiculum malignitatis, apud tales infirmos non deglutire, sed semper expuere. Limonibus, aut eorum corticibus, ante accessum infirmorum vesci, quod esse saluberrimum remedium docuit experientia: aut alio tali Præservativo contra venenatum aërem præmunire. Insuper accepturus Confessionem ægri peste laborantis, audiat eum à longe; & si fieri potest, curet, ut accedat ad fenestram, vel januam; sin minus, jubeat, ut in cubiculo decumbentis fiat fumus salutaris contra pestem, atque ægrotus vertat faciem ad alteram partem, tegumenta quoque lectuli non moveat, ne venenatus ejus halitus, aut aër è lectulo egrediens apprehendat Confessionarium, ipsumque pariter inficiat. Tacentur aliæ tales cautelæ, similitque modus in administratione Sacramentorum tunc observandus, de quo, præter propria Ritualia Diocesana, videri poterit Layman lib. 5. tract. 6. cap. 13. numer. 4. Engel h. t. n. 19. & Joannes Chapiaville in Tractatu, De necessitate & modo ministrandi Sacramenta tempore pestis.

## §. IV.

De Residentia Canonorum, & Clericorum simplex Beneficium habentium.

## SUMMARIUM.

- 107 Canonici Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum, tenentur residere; adeo, ut non possint ultra tres menses singulis annis abesse.
- 108 Nec satisfaciunt suæ obligationi, nisi cantent in Choro, cæteraque officia personaliter peragant.
- Notabilis admonitio S. Caroli Borromei quoad hoc. Ibid.
- 109 Rigor ille Juris communis non ubique est usu receptus.
- 110 Valètiq; contraria consuetudo.
- 111 De Jure communi tenentur Canonici omnibus Horis, singulisque diebus interesse, excepto trimestri.
- 112 Et an valeat contraria consuetudo?
- 113 Canonici postquam singulis annis per tres menses abesse dimittunt &c.
- Pro eo tamen tempore non lucrantur distributiones. Ibid.
- 114 Mensis ejusmodi debet continere triginta dies, sive continuos, sive interpolatos.
- 115 Extra tamen Natale, & Pascha Domini, aliasque Solemnitates majores.
- 116 Ad absentiam trium mensium non requiritur allegatio causæ, vel petio licentiæ.
- Postquam Canonici tunc abesse etiam ex causa recreationis. Ibid.
- 117 Dummodò non omnes Canonici simul absint. Et num. 114.
- 118 Potest Episcopus ob legitimam causam dare Canonico licentiam, ut abesse valeant quatuor mensibus.
- 119 Si per specialem Ecclesiarum constitutionem, aut consuetudinem, longius servitii tempus requiratur, non est licitum Canonico per tres menses abesse.
- 120 Alioquin non residentes constituto tempore, incidunt in penas Concilii Tridentini.
- 121 Et quid, si constituto, vel in consuetudo alicujus Ecclesie, requirit servitium totius anni?
- 122 Que sunt causæ Canonico excusantes à residentia personali?
- 123 Canonici ex justa causa absentes, non tenentur relinquere Substitutum.
- 124 Penæ Canonorum non residentium, quæ? Et num. seqq.
- 125 Canonico illicitè absenti, non tenetur fructus restituere ante sententiam condemnatoriam Judicis: etsi secus sit in Episcopis, aliisque Curatis.
- 126 Ad incurrendam à Canonico non residente penam privationis fructuum, non est opus prævia monitione, ut residet.
- 127 Fructus illi, quibus Canonici non residentes privantur, cui debent applicari?
- 128 Hujusmodi penam non potest Episcopus remittere in totum: bene tamen ante sententiam minuire, vel augere.
- 129 Crescente contumaciâ, contra Canonicos non residentes procedendum est juxta Sacrorum Canonum constitutiones.
- 130 Unde hodie non possunt statim privari suis Beneficiis, etsi intra terminum sibi præfixum non redierint: quidquid olim fuerit.
- 131 Sed expectandus est lapsus trium annorum, ac Reiffenhuell Jus Can. Tom. III.

servandi gradus ponarum à Concilio Tridentino præscripti. Et num. seq.

- 132 In quo consistant constitutiones Sacrorum Canonum, juxta quas contra Canonicos, contumaciter triennio absentes, procedendum est?
- 133 Quid dicendum de residentia Clericorum, simplex duntaxat Beneficium habentium?

107 **Q**uæritur I. Quâ ratione Canonici Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum, residere tenentur? Resp. I. Omnes illi tenentur residere in Ecclesiis suis; adeo, ut non liceat ipsis ultra tres menses ab eisdem quolibet anno abesse: salvis tamen earum Ecclesiarum Constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt, sicut absentiam trium mensium non concedunt. Textus est in Concilio Trident. Sess. 24. cap. 12. de Reform. §. Præterea, ubi taliter statutum legitur: Præterea obtinentibus in eisdem Cathedralibus, aut Collegiatis Dignitates, Canonicatus, Præbendas, aut Portiones, non liceat vigore cujuslibet statuti, aut consuetudinis, ultra tres menses, ab eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse: salvis nihilominus earum Ecclesiarum constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt. Hæc ibi. Concordat c. Conquerente. 6. & cap. penult. h. t. & c. Extirpanda. 30. §. Qui vero de Præbend. ubi satis indicatur, Canonicos esse adstrictos ad personalem residentiam.

108 **Q**uæritur II. Quantum est de rigore Juris communis, Canonici, cæterique proximè enumerati, non satisfaciunt suæ obligationi exhibendo duntaxat suam præsentiam in Choro, nisi etiam cantent, cæteraque consuetia officia juxta ordinatam alternationem personaliter peragant. Ita Barbola cap. 20. de Canonico. numer. 13. referens Declarationem Sacræ Congregationis Concilii, sub die 20. Aprilis. 1602. respondentis, eos teneri omnino placere; alioquin obligationi suæ non satisficere. Fagnanus c. Licet. numer. 89. de Præbend. asserens, articulo hoc diligenter discusso in Canonico Basilicæ S. Petri de Urbe, ita declarasse Sacram Congregationem die 12. Novembris. 1592. Garcias part. 3. de Beneficiis, cap. 2. num. 324. 325. & seqq. allegans plures ejusmodi Declarationes. Idque clarè patet ex Concilio Tridentino cit. Sess. 24. cap. 12. §. Omnes vero de Reform. in hæc verba statuentem: Omnes vero Divina per se, & non per substitutos, compellantur obire officia, & Episcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti assistere, & inservire: atque in Choro, ad psallendum instituto, Hymnis, & Cantibus Dei nomen reverenter, distinctè, devotèque laudare. Unde Sanctus Carolus Borromeus in Monitionibus ad Canonicos, per Barbosam part. 3. de Offic. & potest. Episcopi. allegat. 53. post numer. 181. relatis, inter alia sic loquitur: Vos, qui in Cathedrali Ecclesia Dignitates obtinetis, Canonici item — attente, studiosè, ritè, piè, religiose Divinas laudes concelebrate; & psallite Deo in conspectu Angelorum, cantantes in cordibus vestris Domino. In Choro nemo privatim, nemo tacite Officium recitet; sed omnes pariter, quicumque ad estis, senes cum junioribus laudate nomen Domini in psalmis, Hymnis, & Cantibus. Hæc ille. Accedit ratio: quia Residere nihil aliud est, quam Ecclesie personaliter deservire in Divinis Officiis, c. Conquerente. 6. h. t. cum similibus; estque jam dictum supra n. 3. & 4.

109 **Q**uæritur III. Quantum est de rigore Juris communis. Fatendum enim est, quod rigor ille Juris Canonici, Sacricque Concilii Tridentini, non ubique sit usu receptus, vel saltem non nihil

contraria consuetudine temperatus. Nam alicubi solent quidem Canonici alternis vicibus, saltem in Festis principalioribus, Officiarios agere, atque Episcopo sollempniter celebranti assistere, & ministrare, vel etiam Antiphonarum initia canendo inchoare: reliqua vero constitutis Musicis vel Cappellanis suis, cantu prosequenda, seu peragenda relinquere, atque interim meditando, sive privatim Horas Canonicas, aliasve preces recitando, Choro decenter atque reverentialiter assistere: idque sic permittente longeva consuetudine, arg. cap. ult. de Consuetud. cum similibus.

110 Et quidem hujusmodi consuetudinem valere, censet Gavantus tom. 2. ad Rubric. Missal. Sect. 1. cap. 5. tit. 5. n. 4. monens tamen Episcopos, ne fiat abusus. Azorius part. 1. lib. 10. cap. 11. quest. 5. Lessius lib. 2. de justit. & jur. cap. 34. dubit. 33. nu. 183. Garcias part. 3. de Benefic. cap. 2. n. 517. ac seq. Sannig h. i. cap. 4. n. 9. Castro Palao part. 2. disp. 3. punct. 3. n. 55. pluresque alii ab his citati. Accedit ratio: quia talis consuetudo non est contra Jus naturale, vel Divinum, sed contra Ecclesiasticum duntaxat; ergo subintrat dispositio cap. ult. de Consuetud. Eo praesertim: quia hujusmodi consuetudo non est contra rationem, nec continet turpitudinem: quin potius videtur promovere decorem, atque splendorem Ecclesiarum, hac ratione varios habentium Ministros ad cultum Divinum deputatos, per quos etiam Divinum Officium magnificentius & suavius decantari solet, cum Canonici saepius voce, suavitate, vel peritia canendi careant.

111 Resp. III. De Jure communi tenentur ultieribus Canonici omnibus Horis, singulisque diebus interesse, excepto trimestri proximè declarando. Ita Barbofa part. 3. de Offic. & potest. Episc. allegat. 53. n. 133. Garcias cit. cap. 2. n. 324. 325. & seq. id idem sensum ex verbis Concilii Tridentini d. Sess. 24. cap. 12. atque allegans multiplicem Declarationem Sacrae Congregationis Concilii, quarum una sic habet: Intereffentia, de qua in hoc Decreto, debet esse in omnibus diebus & horis officii Divinis interesse, & intervenire, praeterquam in tribus mensibus singulorum annorum, nisi Ecclesiae constitutiones longius servitii tempus requirant. Alia, & per Garciam lo. cit. n. 329. post plures alios relata, sic ait: Non valet Statutum, ut una hora, vel duabus interessentes lucrentur massam grossam, sive Praebendam, amissis distributionibus quotidianis.

112 Adit Theodosius Rubens inter Disceptationes Forenses Stephani Gratiani, c. 298. n. 20. quem refert Barbofa cit. num. 133. quod Canonici non possint juri aliquo consuetudine, quin teneantur omnibus septem Horis intervenire. Verum Garcias lo. cit. n. 320. asserit, istud non servari, nec esse receptum in Hispania, in cujus Ecclesiae communiter lucrist grossa, seu Praebenda, residendo una Hora: quae consuetudo videtur valere. Caesar de Grassis Decis. 116. n. 8. Et potest sustineri (inquit Garcias cit. n. 330.) saltem dum per Superiorem, aut Capitulum non sit aliud ordinatum. Concordant dicta superius num. 109.

113 Queritur II. An & qualiter liceat Canonici per singulos annos trimestri abesse? Resp. I. Certum est, quod Canonici, juxta Concilium Tridentinum Sess. 24. cap. 12. de Reform. singulis annis per tres menses abesse valeant: dummodò speciales Ecclesiarum constitutiones longius servitii tempus non requirant. Patet istud ex verbis ejusdem Concilii, num. 107. relatis. Quamquam noverit Doctores, quod Canonici licet quidem absint tribus mensibus; non tamen pro eo tempore lucrentur distributiones quotidianas, sed solum fructus grossos. Gonzalez ad

Reg. 8. Cancellar. §. 7. Proem. num. 182. allegans Declarationem Sacrae Congregationis 3. Augusti 1586. Fagnanus c. Licet. num. 92. & 93. de Praebend. allegans pariter Declarationem Sacrae Congregationis Concilii: & concordant dicenda inferius num. 175.

114 Resp. II. Hujusmodi mensis debet continere triginta dies, ac proinde tres menses constituunt novaginta dies: & quia Concilium Tridentinum absolute illos concedit, hinc dies illi pollant esse vel continui, vel interpolati; ita tamen, quod interpolati dies absentiae non superent trimestre. Ita Garcias cit. part. 3. cap. 2. numer. 306. allegans Rotam in una Salamantina Canonici d. 20 Junii 1572. Barbofa part. 3. de Offic. & potest. Episc. allegat. 53. num. 120. Fagnanus c. Licet. n. 54. & 55. de Praebend. allegans Declarationem Sacrae Congregationis, à Sanctissimo approbatam; sub hac tamen limitatione, videlicet: Ut non omnes Canonici possint abesse eodem tempore, ne Ecclesia destituatur debito servitio; ac proinde tantum illa quota Canoniorum simul abesse valeat, quae videbitur arbitrio Episcopi, & Capituli. Siquidem Concilium non dedit pro absentia tres menses Capitulo, sed Canonici; scilicet, singulis per vices.

115 Addit Zerola part. 1. praxis Episcopalis. §. Privatio. §. Tertium dubium, an omni tempore &c. Garcias cit. part. 3. cap. 2. num. 317. Barbofa, ubi supra, numer. 119. allegans alios, quod Sacra Congregatio declarat. 153. responderit, quod ejusmodi tres menses non debeant incurrere in Natale, aut Pascha Domini, vel alias tales maximas Solemnitates. Quod quidem equissimum est, & eidem Concilio Tridentino, Sess. 23. cap. 1. de Reform. ita expressè admonet Episcopos, conforme: quamquam & istud non ubique servari, ultro fateatur Garcias lo. cit. n. 318.

116 Resp. III. Ad absentiam trium mensium, à Concilio Canonici concessorum, non requiritur alia allegatio causa, vel petitio licentiae Superioris; dummodò non omnes Canonici simul absint. Ita Barbofa cit. allegat. 53. num. 118. Garcias d. cap. 2. numer. 314. & 315. allegans multiplicem Declarationem Sacrae Congregationis Concilii. Fagnanus cit. c. Licet. numer. 52. de Praebend. pariter attestans, ita censuisse Sacram Congregationem. Nec immeritò: quia, ubi non obstat specialis Ecclesiarum constitutio, aut consuetudo, ipsimum Jus commune, sive Concilium Tridentinum, tribuit Canonici licentiam absentiae tribus mensibus, etiam ex causa recreationis, seu refocillationis animae & corporis: quae causa cum semper libelle dignoscatur, opus non est, hanc vel aliam allegare.

117 Additur verò, dummodò non omnes Canonici simul absint. Tum ne Ecclesia debito servitio destituatur, tum quia non capitulo, sed Canonici duntaxat, videlicet per vices, abesse licet; ut jam dictum numer. 114. Unde quia illa solum quota Canoniorum eodem tempore abesse potest; quae videbitur arbitrio Episcopi, vel Capituli, merito Canonici discelfuri apud Superiorem sese insinuant: quamvis remanentibus aliis, pro servitio Ecclesiae sufficientibus, speciali licentia non indigeant, neque prohiberi possint.

118 Resp. IV. Potest Episcopus ob legitimam causam dare Canonici suis licentiam, ut abesse valeant quatuor mensibus. Ita Barbofa lo. cit. num. 123. asserens, ita fuisse decisum. Garcias, ubi supra; num. 411. & 413. referens tales Declarationes. Fagnanus d. c. Licet. n. 47. de Praebend. ubi refert, quod Sanctissimus, die 7. Octobris. 1580. audità relatione Congregationis, impertitus sit facultatem Episcopo, ut possit singulis annis, si sibi iusta causa

dispensandi videbuntur, licentiam concedere Canonici non residenti per alium mensem ultra tres: in eo tamen numero, qui Episcopo visus fuerit, nec ulla Divinus deferatur. Hinc Archidiaconum ratione visitationis ei incumbentis posse abesse ultra tres menses, declarat Sacra Congregatio Concilii, relata per Garciam cit. part. 3. de Beneficiis, cap. 2. n. 332.

119 Resp. V. Quòd si per specialem Ecclesiarum constitutionem, aut consuetudinem, longius servitii tempus requiratur, tunc non est licitum Canonici, per tres menses abesse: adeò, ut si non residerint constituto tempore, incidant in poenas, de quibus Concilium Tridentinum d. Sess. 24. cap. 12. loquitur. Prima pars est certa, & communis. Nam Concilium cit. cap. 12. non indulget Canonici quareumque Ecclesiarum absentiam trium mensium: quia non procedit concedendo, sed prohibendo, ut non liceat vigore cujuslibet statuti, aut consuetudinis, ultra tres menses -- abesse. Quinimò id ipsum Concilium expressè praeservat Constitutiones Ecclesiarum, quae longius servitii tempus requirunt, ibi: Salvis nihilominus earum Ecclesiarum Constitutionibus, quae longius servitii tempus requirunt. Unde notat Fagnanus cit. c. Licet. numer. 51. de Praebend. quod Canonici per constitutiones suarum Ecclesiarum ad longius residentiae tempus astrictis, atque postulantibus ex gratia vacationem trium mensium, Sacra Congregatio suo tempore semper abnuerit.

120 Altera pars est Fagnani lo. cit. n. 50. & Barbofae d. allegat. 53. num. 146. & Garciae cit. cap. 2. num. 144. allegans Declarationem Sacrae Congregationis. Nam proposito dubio, An Canonici, qui majori servitio Ecclesiae, quam novem mensium sunt astricti, subiaceant, si non residerint, eidem poenis, de quibus in d. cap. 12. Sacra Congregatio censuit, subiacere.

121 Et hoc indubitate procedit, quando constitutiones, vel consuetudines Ecclesiarum requirunt longius servitii tempus citra totum annum: puta, decem vel undecim mensium. Quòd si verò cujusdam Ecclesiae constitutio, aut consuetudo requirat servitium totius anni, tunc dubium oriri potest. Et quidem non esse tunc licitum Canonici, abesse per tres menses, videtur convincere ratio: pro prima parte Conclusionis num. 119. allegatae. Oppositum tamen, seu in tali casu locum habere absentiam trium mensium, censet Garcias cit. part. 3. cap. 2. numer. 311. & 312. Istud probans ex eo: tum quia residentia totius anni nimis dura videtur, maxime spectatà fragilitate humanà. Tum quia ita Sacra Congregatio censuit in una Astoricen. his verbis: Decretum Concilii cap. 12. Sess. 24. concedit Canonici absentiam trium mensium, si constitutiones Ecclesiae servitium totius anni requirunt.

122 Queritur III. Quae sint causae Canonicos à personali residentia excusantes, quaeque poenae debito tempore non residentium? Resp. I. Praeter licitam absentiam trium mensium, modo proximè declarato, causae Canonicos excusantes à residentia (praevia tamen Ordinarii approbatione, ac licentia) generantur tum, Christiana charitas, urgentes necessitas, debita obedientia, ac evidens Ecclesiae, vel Republicae utilitas; & si quae aliae huc revocari possunt, juxta Concilium Tridentinum Sess. 23. cap. 1. de Reform. estque jam dictum supra nu. 42. & seq. ac num. 89. & seq. Concordat cap. un. h. t. in 6. ubi Canonici non solum abesse, sed etiam distributionibus quotidianis gaudere sinuntur, quos infirmitas, seu iusta & rationalis corporalis necessitas, aut evidens Ecclesiae utilitas excusat: de quo tamen plura inferius §. 7. numer. 186. & seqq.

123 Solum nota, quòd Canonici ex iusta causa absentes, non teneantur relinquere Substitutum, ac per hunc interim deservire, non obstante immemoriali consuetudine; prout à Sacra Congregatione Concilii declaratum fuisse, refert Garcias d. part. 3. cap. 2. numer. 197. Imò, ut inquit Fagnanus c. Nulla. numer. 73. de Concessio. Praebend. ita nullus fuit resolutum. Siquidem Canonici solummodo tenentur per se deservire; atque uno, vel altero eorum ob justam causam absente, sufficit Divina Officia in Ecclesia à ceteris Collegiis legitime perfolvi: haud obstantè, quòd Parochi legitime absentes, propter curam animarum ipsi incumbentem, teneantur relinquere Vicarium. Et haec, quantum ad primam partem propositae quaestiois: nunc loquendo de altera.

124 Resp. II. Poenae obtinentium in Ecclesiis Cathedralibus, aut Collegiatis, Dignitates, Canoniciatus, Praebendas, aut Portiones, nec residentium, ut debent; enumerantur in Concilio Tridentino Sess. 24. cap. 12. §. Praebend. de Reform. sequentibus verbis: Alioquin primo anno privetur unquamvisque (non residens, ut supra) dimidia partem fructuum, quos ratione etiam praebendae, ac residentiae fecit suos. Quòd si iterum eidem fuerit usus negligentia, privetur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit. Crescente verò contumacia, contra eos, juxta Sacrorum Canonum constitutiones, procedatur. Haec ibi.

125 Ex quibus verbis inferitur primò, quòd Canonici licet absens, qui ob absentiam in poenam privationis fructuum incidit, non teneatur istos ante sententiam condemnationis Judicis restituere: uti patet ex verbo, Privetur, quod non operatur ipso jure, sed per sententiam. Garcias part. 2. de Beneficiis, cap. 2. n. 151. & 152. post Rotam in causa Caucien. Fructuum, coram D. Orano, 10. Aprilis. 1592. Barb. la cap. 20. de Canonici, num. 22. citans alios. Quamvis lectus sit dicendum de Episcopis, & Curatis inferioribus: hi enim, si debite non residant, ipso jure tenentur restituere fructus pro rata temporis absentiae, utpote quos non fecerunt suos: adeò, ut nec tunc conscientia, alia etiam declaratio non secuta, illos sibi detinere possint; prout expressis verbis decrevit Concilium Tridentinum Sess. 23. cap. 12. de Reform. estque jam dictum supra numer. 50. & 51. & 59.

126 Inferitur secundò, quòd ad praedictam poenam privationis fructuum, à Canonico non residente incurrendam, non sit opus praevia monitione, ut residueat: prout facti delinquent ex allegatis verbis Concilii Tridentini, utpote nullam de praemittenda monitione mentionem facientibus; atque à Sacra Congregatione Concilii decisum fuisse, refert Garcias cit. cap. 2. n. 145. Eo tamen addito, ut Canonici, qui ultra tres menses absint, ante impositionem dictae poenae citandus sit ad allegandum, si forsitan loco, quare non debeat puniri secundum istud Decretum Concilii.

127 Ceterum fructus illi, quibus Canonici non residentes privandi sunt, debent applicari in usum Ecclesiae, & utilitatem, sive fabricam ipsius, quatenus indiget; aliàs alteri pio loco, arbitrio Ordinarii: prout decisum fuisse, refert Garcias d. cap. 2. num. 146. & 147.

128 Atque hujusmodi poenam non potest Episcopus remittere in totum, cum non possit dispensare contra Generale Concilium: peccaretque Episcopus, si absque iusta causa dissimularet Canonici ultra tempus absentem punire. Navarrus Consil. 3. de Cleric. non resident. numer. 1. & 2.

Garcias sæpe cit. cap. 2. n. 149. & 151. Quamvis ante sententiam ex causa talem poenam minuire, vel augere valeat. Barbosa part. 3. de Offic. & potest. Episc. allegat. 53. numer. 148. *Resp. IV.* Constitutiones Sacrorum Canonum, juxta quas contra obnates in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis Dignitates, Canonicatus, Præbendas, aut Portiones, & contumaciter tertio anno non residentes, procedendum est etiam usque ad privationem, consistunt in sequentibus. Primo quidem, postquam privato mediatis, aut omnium fructuum priorum duorum annorum præcessit, ut dictum; Canonicus ultra contumaciter absens, seu cessante legitimo impedimento non residens, si sciatur, ubi exiit, debet personaliter moneri, seu citari, ut redeat in termino, sibi arbitrio Episcopi præfigendo ad residendum; idque sub poena privationis, nisi respicitur, c. Ex parte vestra. 8. & c. Clericos. 17. h. t. Si vero ignoretur, ubi exiit, tunc triax citationis Edictum, in valvis Ecclesiæ Beneficii affigendum, publicari debet; atque post ultimum per sex menses expectari, c. Ex tua. 11. h. t. Deinde tempore isto elapso, si Canonicus cessante justo impedimento, legitime allegato & probato, redire, atque residere contempserit, tunc contra eum, juxta Sacrorum Canonum constitutiones procedendum est; ut loquitur Concilium Tridentinum d. Sess. 24. cap. 12. Ac proinde non amplius est privandus fructibus, sed Beneficio, prout decimum refert Barbosa cit. allegat. 53. n. 146. Nisi forsitan contra contumaciter absentem arbitretur Episcopus, attendendum esse poenis medicinalibus suspensionis, ac excommunicationis, antequam ad actualem privationem deveniatur, juxta c. Ex tua. 11. §. Contra eos. h. t. etique jam dictum supra §. I. numer. 26.

**129** *Resp. III.* Crescente verò contumaciâ (sive, quando Canonici primo, & secundo anno debite non residentes, puniti sunt per privationem fructuum, ut supra) contra eos, juxta Sacrorum Canonum constitutiones, procedatur. Textus est in Concilio Tridentino cit. Sess. 24. cap. 12. de Reform.

**130** Ex quibus verbis inferitur primo, quod Dignitates, vel Canonici, seu Portionarii Ecclesiarum Cathedralium, aut Collegiatarum, si non resident debito modo, non possint hodie statim privari suis Beneficiis; haud obstante, quod fuissent moniti residere. Siquidem Concilium Tridentinum loc. cit. expressè decrevit, ut debite non residens primo anno, seu primâ vice, privetur dumtaxat dimidiâ parte fructuum; secundo autem anno id ipsum faciens, privetur omnibus fructibus illius anni: ac postmodum crescente contumaciâ, si ve contra tertio etiam anno residere negligentem, juxta Sacrorum Canonum constitutiones, procedatur; videlicet, usque ad privationem Beneficii. Flaminius Parisius lib. 1. de Resignat. Beneficior. quest. 10. numer. 62. Garcias d. part. 3. cap. 2. n. 140. citans alios; atque subjungens Declarationem Sacræ Congregationis Concilii, quæ ajebat: Redarguitur Episcopus, qui primo anno in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia non residentem privat. Fagnanus c. Licet. num. 26. de Præbend. asserens, quod ita hodie correctâ sit dispositio antiquorum Canonum, secundum quam Canonicus abens privati poterat Beneficio, si infra congruum terminum sibi præfixum, ad residentiam non redisset; uti habetur c. Pervenit. 28. de Appellat. & c. Inter quatuor. 10. & cap. ult. h. t.

**131** Accedit Declaratio Sacræ Congregationis Concilii, quam idem Fagnanus cit. n. 26. vers. Unde, refert, videlicet (cum Episcopus Tarentinus olim petiisset declarari à S. Congregatione Concilii, An rectè processisset contra Subcantorem Canonicum Ecclesiæ suæ jam decem & octo menses absentem, eum ei comminatus fuisset poenam privationis, si intra mensem non rediret? Sacra Congregatio declaravit, Concilium clarè disposuisse, expectandum esse lapsum trium annorum, antequam ad privationem in totum procedatur; ut in d. cap. 12. Sess. 24. vers. Præterea obtinentibus. Nam in primo amittit non residens dimidiâ, in secundo omnes fructus, in tertio privatæ Titulo: & ita rescriptum fuit plurimis Episcopis.) Hactenus Fagnanus. Unde quod necessariò servandi sint memorati gradus poenarum, à Concilio Tridentino loc. cit. præscripti, antequam deveniatur ad privationem; adeò, ut hæc cæteroque sit nulla: decimum fuisse in Rota Romana coram Illust. Seraphino, in una Salamantina de Petroso, die 15. Decemb. 1576. & in una Oriolen. Canonicatus. 14. Martii, 1622. coram Rev. Navarro, inter alios refert Barbosa

part. 3. de Offic. & potest. Episcop. allegat. 53. numer. 148.

*Resp. IV.* Constitutiones Sacrorum Canonum, juxta quas contra obnates in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis Dignitates, Canonicatus, Præbendas, aut Portiones, & contumaciter tertio anno non residentes, procedendum est etiam usque ad privationem, consistunt in sequentibus. Primo quidem, postquam privato mediatis, aut omnium fructuum priorum duorum annorum præcessit, ut dictum; Canonicus ultra contumaciter absens, seu cessante legitimo impedimento non residens, si sciatur, ubi exiit, debet personaliter moneri, seu citari, ut redeat in termino, sibi arbitrio Episcopi præfigendo ad residendum; idque sub poena privationis, nisi respicitur, c. Ex parte vestra. 8. & c. Clericos. 17. h. t. Si vero ignoretur, ubi exiit, tunc triax citationis Edictum, in valvis Ecclesiæ Beneficii affigendum, publicari debet; atque post ultimum per sex menses expectari, c. Ex tua. 11. h. t. Deinde tempore isto elapso, si Canonicus cessante justo impedimento, legitime allegato & probato, redire, atque residere contempserit, tunc contra eum, juxta Sacrorum Canonum constitutiones procedendum est; ut loquitur Concilium Tridentinum d. Sess. 24. cap. 12. Ac proinde non amplius est privandus fructibus, sed Beneficio, prout decimum refert Barbosa cit. allegat. 53. n. 146. Nisi forsitan contra contumaciter absentem arbitretur Episcopus, attendendum esse poenis medicinalibus suspensionis, ac excommunicationis, antequam ad actualem privationem deveniatur, juxta c. Ex tua. 11. §. Contra eos. h. t. etique jam dictum supra §. I. numer. 26.

*Quæritur IV.* Quid dicendum de residentia Clericorum, simplex dumtaxat Beneficium habentium? *Resp.* breviter, circa horum residentiam non occurrere speciem difficultatis. Nam Beneficia simplicia vel ex generali consuetudine Ecclesiæ universalis personale residentiam non requirunt; sed sufficit, impleri Officia Divina, Missas, aliisque obligationes per constitutum Vicarium. Vel si eadem Beneficia simplicia ex fundatione, dotatione, consuetudine, aut qualibet alia ratione, personale requirunt residentiam; contra contumaciter non residentes procedendum erit conformiter c. Conquerente. 6. & c. Inter quatuor. 10. & cap. ult. h. t. etique uberius dictum supra §. I. numer. 20. & seqq. Siquidem de Clericis, simplex dumtaxat Beneficium obtinentibus, Concilium Tridentinum non reperit aliquid speciale constituisse: sicque standum erit præ Fundatorum intentioni, atque regulis ex Jure communi, vel generali Ecclesiæ universalis consuetudine desumptis. Vide etiam dicenda inferius §. seq. numero 160. & 161. quoad obligationem residentis ex Fundatione impostam, & longævâ contrariâ consuetudine non observatam.

§. V.

Utrum Beneficarii ratione Studiorum, vel ob servitium Episcopi, aut vi consuetudinis, excusentur à residentia?

SUMMARIUM.

**134** Inter causas à residentia excusantes, committitur numeratur absentia Studiorum causâ & cur?

**135** Spectato Jure antiquo possunt Beneficarii, etiam Curati, quinque annis abesse ratione Studii Theologiae, vel Juris Canonici, & interim fructus percipere &c. Idemque dicendum de docentibus Theologiam, vel Jus Canonicum, quædam docuerint. Ibidem.

**136** Tempus illud quinquennale postea extensum fuit ad septennium, accedente dispensatione Episcopi.

**137** Ut Clerici Beneficarii Studiorum causâ sic possint abesse, plures requiruntur conditiones: nempe

**138** Ut Beneficarius studio vacaturus, non sit ultra triginta annos.

**139** Atque accedat licentia Episcopi.

**140** Et si Parochus absit, interim constituatur idoneus Vicarius, per Episcopum approbandus &c.

**141** Sicque absens studeat in loco Studii Generalis; puta, in Universitate &c.

**142** Similique assumat Studium Theologicum, vel Canonicum.

Et quid de Studio Philosophico, vel Juris Civilis, ac Grammaticæ? Ibidem.

**143** Hactenus dicta possimum procedunt Spectato Jure antiquo.

**144** De factio privilegium percipiendi fructus Beneficiorum in absentia ratione Studii, est sublatum quoad Ecclesias Parochiales.

**145** Idque probatur. Et num. præced.

**146** Solvitur instantia.

**147** Refertur multiplex Declaratio Sacræ Congregationis Concilii quoad hoc.

**148** Secus dicendum de Canonicatibus, atque Beneficiis sine cura animarum residentiam exigentibus. Et numer. 144.

Quod non mutatur, quare stare prohibetur: Num. 148.

**149** Duo Canonici in servitio Episcopi constituti, integre percipiunt fructus Præbendarum in absentia, exceptis distributionibus quotidianis.

Imò censetur esse præsentem: & quomodo? Ibidem.

**150** Etiam si nunquam accedat Ecclesiam, sed semper in Episcopi servitio occupati existant. Episcopus in Ecclesia est, & Ecclesia in Episcopo. Ibidem.

**151** Solvitur instantia. Lex generalis posterior, limitatur per priorem specialiter loquentem. Ibidem.

**152** Duo illi Canonici, etiam invitati, compelli valent ab Episcopo ad sibi inserendum &c.

**153** An illi duo Canonici, non solum possint esse de Ecclesia Cathedrali, sed etiam Collegiata? variant Doctores. Affirmativa sententia est probabilior, Jurique conformior. Ibidem. & num. seqq.

**154** & 155. Solvuntur contraria.

**156** Idemque dicendum de Clericis inferioribus, quando ex Canonicis non adsum æquè idonei ad servitium Episcopi, exceptis tamen Curatis.

**157** Consuetudo contraria, an excuset à residentia in Beneficiis? Et num. seqq.

Loquendo de Beneficiis curatis, responderetur negativè. Ibidem. & num. seq.

**158** Consuetudo etiam immemorialis, inserviendi per Vicarium in Beneficio curato, fructusque in absentia percipiendi, non valet.

**159** Consuetudo temporis immemorialis, an æquipollens privilegio?

**160** In Beneficiis simplicibus valet consuetudo generalis excusans à residentia personali, nisi ex sun-

datione &c. oppositum habeatur.

**161** Imò & datâ tali fundatione, potest per longævam consuetudinem obligatio residentis tolli.

**162** Loquendo de Dignitatibus non curatis, & Canonicatibus, valebat antiquius consuetudo percipiendi fructus in absentia.

**163** Hæc tamen consuetudo novissimè per Concilium Tridentinum sublata fuit.

Quamvis hoc ipsum non ubique fuerit usum receptum. Ibidem.

**Q**uæritur I. Utrum ratione Studiorum liceat Clericis abesse à suis Beneficiis, atque interim horum fructibus gaudere? *Resp. I.* Inter causas legitime excusantes à residentia personali Beneficiorum, etiam Curatorum, communiter Doctores connumerant absentiam Studiorum causâ; juxta textum expressum c. Relatum. 4. h. t. ipsis verbis: Nisi forte de licentia suorum Prælatorum, vel studio literarum, vel pro aliis honestis causis conrigerit eos abesse; cum concordantiis in progressu allegandis. Et hæc quidem causa solet reduci ad quartam ex enumeratis à Concilio Tridentino Sess. 23. cap. 1. de Reform. quæ est Evidens Ecclesiæ, vel Reipublicæ utilitas. Siquidem totius Ecclesiæ universalis permaximè interest, ad sui regimen viros habere literatos, c. cum ex eo. 24. de Election. in 6. Qui cum docti fuerint, in Dei Ecclesia velut splendor fulgeant firmamenti; ac veluti stelle in perpetuas æternitates mansuri, ad justitiam valeant plurimos erudire, cap. ult. de Magistris.

*Resp. II.* Spectato Jure antiquo possunt Beneficarii, etiam Curati, quinque annis abesse, ut in Universitate quæpiam Theologiae, vel Juri Canonico studere valeant, proventus suorum Beneficiorum interim (exceptis distributionibus quotidianis) integre percipiendo: quod ipsum est dicendum de docentibus Theologiam, aut Canoniam Facultatem; & quidem abique memorata temporis limitatione, sed quædam in Scholis docuerint. Ita habetur decimum in cit. cap. ult. de Magistris: ubi licet expressa mentio fiat solum de Theologia, id ipsum tamen communiter Doctores extendunt ad Jus Canonicum, hujusque studium: nam sub Theologia etiam comprehenditur Jus Canonicum, arg. c. Super specula, juncto Abbate num. 7. Ne Clerici vel Monachi &c. uberius jam dictum est supra in Proemio Libri 1. §. 13. n. 231.

*Resp. III.* Tempus istud quinquennale, Beneficariis concessum pro Studio Theologico (sive Canonico) postea Bonifacius VIII. relatus c. Cum ex eo. 34. de Election. in 6. extendit ad septennium, illis verbis: Præsentis constitutione sancimus, ut Episcopi, eorumque Superiores cum iis, qui hujusmodi subiectas sibi Ecclesias obtinent, vel obtinerint in futurum, dispensare possint liberè, ut usque ad septennium literarum studio insistentes promoveri minime teneantur, nisi ad Ordinem Subdiaconatus dumtaxat: ad quem infra prædictum annum recipiendum (ne, sicut à multis de Christi patrimonio sublimatis olim factum esse dignoscitur, à Statu recedere valeant Clericali) omnino astringi volumus: & nisi receperint, penâ contentâ in dicto Concilio (privationis ipso jure) eo ipso percelli. Hæc Pontifex; subjunctâ obligatione constituendi ad interim idoneum Vicarium, ex proventus Ecclesiarum Parochialium congruè sustentandam. Ubi tamen Glossa §. Septennium, inter alia commendabile asserit, ut Episcopus à principio non statim det dispensativè totum septennium; sed expectetur, si Clerici ejusmodi in studiis pro speranda Ecclesiæ utilitate proficiant: & tunc vel det ulterius tempus, vel denegat.

137 Resp. IV. Nihilominus, ut Clerici Beneficarii studiorum causa possint abesse, atque excusentur a residentia personali, plures requiruntur conditiones, quae tum in allegatis Juribus continentur; tum per diversas Declarationes Sacrae Congregationis Concilii, quas refert Garciae part. 3. de Beneficiis, cap. 2. n. 80. & 81. & Zerola part. 1. Praxis Episcopalis. y. Studium. n. 2. ac seqq. amplius manifestantur, atque patebunt inductione.

138 Primò siquidem requiritur, ut Clericus Beneficiarius, studio vacaturus, non sit ultra triginta annos; nisi jam antea studium incœpisset, & adhuc illud non absolvisset. Ita Sacra Congregatio apud Zerolam, & Garciae, ubi supra, declarans, quòd si quis eorum sit ætatis annorum triginta, nulla facultas concedi debeat: idè quod etiam ætas sit exprimenda, nisi jam studia incœpisset, & illa nondum absolvisset. Accedit ratio: quia cap. ult. de Magistr. habetur, quòd ad Theologicæ professionis studium non nisi Docibiles designentur. Atqui tales ordinariè non censentur, qui annorum triginta existunt, neque antehac studia incœperunt; ergo.

139 Secundò requiritur licentia Episcopi, vel alterius Prælati, c. Relatum. junctâ Glossâ y. Prælatorum. & Abbate n. 1. & 5. & Barbosa n. 7. ibid. h. t. Concordat textus cit. c. Cum ex eo. 34. de Election. in 6. ac notat Pirhing h. t. num. 35. Nec immerito. Cùm enim non nisi docibiles, & habiles ad studia fieri mittendi, d. cap. ult. de Magistr. Superiorum erit prius examinare, num tales existant studere volentes, ac probatis tandem licentiam concedere. Concordat Concilium Tridentinum Sess. 23. cap. 1. vers. Eadem omnino. de Reform. ubi prohibet, ne Parochi, alivè Curati absint, nisi causâ prius per Episcopum cognita & probata, episcopus licentiâ in scriptis obtinât. Atque idè hodie necessariam esse licentiam Episcopi, in scriptis redactam, ut Beneficiariorum studiorum causa possit abesse: tenet etiam Zerola cit. part. 1. y. Studium. n. 1. & Garciae d. part. 3. cap. 2. n. 74. 75. & seqq. ac n. 87. & seqq. citans plures alios; atque subjungens, ita declarât Pium IV. in quadam Constitutione. Quidquid olim in contrarium docerit Glossa cap. ult. y. De licentia. de Magistr. & Navarrus cap. 25. Manual. n. 121. cum nonnullis aliis.

140 Tertio requiritur, ut si Parochus, vel alius Curatus absit, interim constituantur idoneus Vicarius, per Episcopum approbandus, atque de redditibus Ecclesiæ congruè sustentandus; per textum expressum cit. c. Cum ex eo. §. Porro. de Election. in 6. junctò Concilio Tridentino Sess. 23. cap. 1. vers. Eadem omnino. Secus dicendum quoad alios Beneficiarios, puta, Canonicos: nam hi studiorum causa absentes, non tenentur constituere Vicarium, qui pro ipsis interim deserviat Ecclesiæ, conformiter dictis supra numer. 123.

141 Quarto, ut taliter absens studeat in loco Studii Generalis; puta, in Universitate, vel Academia, aut alio publico loco, per Principem, vel consuetudinem immemorabilem, pro publico exercitio studiorum deputato: non autem in villa, vel Castello, ubi nullum est, aut minus competens studiorum exercitium. Alioquin is non gauderet privilegio studentium, juxta textum apertum in c. Tux fraternitatis. 21. h. t.

142 Quintò requiritur, ut assumatur Studium Theologicum, vel Canonicum, cap. ult. de Magistr. Nam hæc duo Studia vel maxime necessaria sunt Ecclesiæ Dei, & Reipublicæ Christianæ, servandæque ad cultum Divinum immediatè promovendum: quamvis in c. Cum ex eo. 34. de Election. in 6. ubi cum obtinentibus Parochialem Ecclesiam potest Episcopus dispensare usque ad septennium, etiam

videatur concessum Studium Philosophicum pro primo biennio, aut triennio, veluti prævium ad SS. Theologiam, vel Sacros Canones ritè intelligendos. Imò Glossa cit. c. Cum ex eo. y. Septennium. & y. Litterarum. Ihd. ampliat ad Jus Civile, atque Grammaticam; eò quòd textus indistinctè loquatur, Litterarum studio ac proinde videatur intelligendum generaliter. Verum quia citata Decretalis requirit dispensationem Episcopi, hæc quoad alia Studia dari nequibit, nisi subsistente speciali, & legitima causâ: alioquin enim dispensatio, contra Jus commune data ab inferiore, non valeret, ut aliud notum.

Et hæcenus dicta potissimum procedunt spectata Jure antiquo, sive Canonico, sicut continetur in Quinqve Decretalium Libris, junctò Sexto, Clementinis, atque Extravagantibus; unde num. 135. notanter additum fuit ly, Spectato Jure antiquo. Quidam autem de facto, sive post Occumenicum Concilium Tridentinum sit dicendum, restat breviter edicere: unde

Resp. V. De facto privilegium percipiendi fructus Beneficiorum in absentia ratione Studii, est sublatum quoad Ecclesias Parochiales; adeò, ut cum obtinentibus eas non amplius possint ad septennium Episcopi dispensare: factis dicendum de Canonicis, atque Beneficiis sine cura animarum residentiam exigentibus. Ita Garciae part. 3. de Beneficiis, cap. 2. numero 81. & 83. & 85. ac seqq. allegans multiplicem Declarationem Sacrae Congregationis Concilii. Barbosa c. Relatum. numero 7. h. t. & part. 3. de Offic. & potest. Episc. num. 77. Pirhing h. t. num. 36. Gonzalez ad Reg. 8. Cancellar. gloss. 6. num. 250. & seqq. & alii: Quidquid quoad priorem partem in contrarium dicat Navarrus cap. 25. Manual. num. 118. cum nonnullis antiquioribus; eamque dubiam esse censet Zerola cit. y. Studium. §. Ad septennium.

Prior pars fundatur in Concilio Tridentino, ac 145 multiplice Declaratione ipsius. Siquidem dictum Concilium Sess. 23. cap. 1. §. Eadem omnino de Reform. decernit, ut Curati inferiores non nisi causâ prius per Episcopum cognita & probata, abesse possint; simulque descendit licentia ultra bimestre tempus, nisi ex gravi causa, non obtineant. Unde facultes, olim Episcopi concessa dispensandi ad septennium ex causa studiorum cit. c. Cum ex eo. de Election. in 6. videtur revocata: nam per posterius Decretum Concilii Generalis, tollitur prius eadem directè contrarium, quamvis istud fuisset Corpori Juris Canonici insertum, nec eidem expressè derogetur, arg. cap. 1. de Constitut. in 6. Fagnanus c. Nonnulli numer. 31. & 42. ac seqq. de Rescript. istud confirmans ex praxi, ac stylo Sac. Concilii Tridentini, estque jam dictam supra Lib. I. Tit. 2. de Constitutionibus, num. 523. & 524.

Nec obstat ly, Nisi ex gravi causa, in relatione Concilii Tridentini verbis contentum. Nam existente gravi causâ potest quidem Episcopus concedere Parochis absentiam ultra bimestre, nempe ad tres menses, juxta dicta superius numero 77. non verò ad quinque, vel septem annos; prout olim fieri poterat ex causa studiorum. Accedit, quòd de facto juxta Concilium Tridentinum Sess. 24. cap. 18. de Reform. Ecclesiæ Parochiales debeant conferri per Concursum; ac proinde is, qui veluti magis idoneus Parochialem Ecclesiam per Concursum alios superando consecutus est, jam prius ita studuisse præsupponatur.

Et hoc ipsum Sacra Congregatio Concilii declaravit, sequentibus verbis: Obtinentibus Parochiales Ecclesias post Concilium Tridentinum studentium licentia, & in absentia studiorum causâ fructus percipiendi, non datur. Ita verbatim dictam Declarationem referunt Gonzalez cit. gloss. 6. numer. 251. & Garciae, ubi supra numer. 84. Addit idem Garciae numer. 81. lex alias confimilis Declarationes; eorumque quarta sic sonat: Congregatio die 22. Februar. 1590. censuit, Parochia causâ studiorum non esse dandam licentiam; cum hodie per Concilium non admittantur, nisi per concursum magis idonei fuerint judicati. Sexta verò sic loquitur, 8. Jun. 1595. Congregatio Concilii censuit, non licere Parochis causâ studiorum à suis Parochialibus Ecclesiis post Concilium abesse, nec Episcopum licentias ad id concedere posse, casque, si concessæ fuerint, non suffragari. Hæc ibi.

percipiendi, non datur. Ita verbatim dictam Declarationem referunt Gonzalez cit. gloss. 6. numer. 251. & Garciae, ubi supra numer. 84. Addit idem Garciae numer. 81. lex alias confimilis Declarationes; eorumque quarta sic sonat: Congregatio die 22. Februar. 1590. censuit, Parochia causâ studiorum non esse dandam licentiam; cum hodie per Concilium non admittantur, nisi per concursum magis idonei fuerint judicati. Sexta verò sic loquitur, 8. Jun. 1595. Congregatio Concilii censuit, non licere Parochis causâ studiorum à suis Parochialibus Ecclesiis post Concilium abesse, nec Episcopum licentias ad id concedere posse, casque, si concessæ fuerint, non suffragari. Hæc ibi.

148 Altera pars datæ Conclusionis, seu quòd secus sit dicendum de Canonicis &c. ex prolepto docetur à Garcia lo. cit. num. 85. Siquidem circa Canoniciatus, & alia Beneficia sine cura animarum residentiam requirentia, nihil reperitur Jure novo Concilii Tridentini quoad absentiam studiorum causâ immutatum: unde lubrinat illud vulgatum, & l. Sancimus. C. de Testament. contentum: Quod non mutatur, quare stare prohibetur? Junctâ l. Præcipimus. §. fin. C. de Appellation. Accedunt diversæ Declarationes Sacrae Congregationis deluper factæ, atque apud Garciae lo. cit. videnda. Quod intelligi, nisi forsitan ab ubi per antiquam, ac legitime præscriptam consuetudinem, contrarium obtinuerit; cap. ult. de Consuetud. cum similibus.

149 Quæritur II. An & qualiter Canonici, alivè Clerici in servitio Episcopi constituti, excusentur a residentia? Resp. I. Episcopus potest uti operâ, seu servitio duorum Canonicorum, qui abentes cum Episcopo, seu in ejus servitio, integrè percipiunt fructus Præbendarum in absentia, exceptis distributionibus quotidianis. Ita communis Doctorum; atque habetur clarè decisum c. De cætero. 7. h. t. illis verbis: Statuimus, ne Canonicis, donec in servitio tuo fuerint, quicquam subtrahi debeat, nec auferri, quòd de communitatis tibi beneficio datur: Nisi forte sint vicinialia, que non consueverunt absentibus exhiberi. Concordat textus in c. Ad audientiam, 15. h. t. ubi hoc ipsum decrevit Pontifex, non obstante Constitutione Ecclesiæ, juramento, & auctoritate Sedis Apostolicæ confirmatâ, ut Canonici, qui non resident, suarum priventur fructibus Præbendarum: Cùm (inquit Papa, referens Episcopo Meldensi) abentes dici non debeant, sed præsentibus, qui tecum pro tuo, & ipsius Ecclesiæ servitio commorantur. Ubi ly, Sed præsentibus, verificatur per fictionem juris, seu loquendo de residentia fictâ, juxta dicta §. 1. numer. 7.

150 Porro hujusmodi duo Canonici, in Episcopi servitio constituti, excusantur à personali residentia, fructibusque Præbendæ gaudent, etiam si nunquam accedant Ecclesiâ, sive Chorum, sed semper in Episcopi servitio occupati existant; ut puta, ipsum ad visitationem comitandò &c. Barbosa Tract. de Canonicis & Dignitat. cap. 25. numer. 5. allegans Declarationem Sacrae Congregationis. Et sufficit, quòd duo illi Canonici absint pro servitio Episcopi, quatenus Episcopus est, licet directè utilitatem Ecclesiæ non prosequantur, arg. cit. c. De cætero. ubi Fagnanus numer. 4. & 12. h. t. Nam servitium Episcopi, quatenus Episcopus est, censetur quasi servitium Ecclesiæ, cui præstat: siquidem Episcopus in Ecclesiâ est, & Ecclesiâ in Episcopo, prout legitur can. Scire debes. 7. q. 1. Concordat c. Ad audientiam. 15. h. t. non obstante, quòd à nonnullis in contrarium allegetur. Ibi quippe duo Canonici, qui antea in suo (sive Episcopi) servitio existentes dicebantur, censentur in fine Capituli, pro suo (sive Episcopi) & ipsius Ecclesiæ servitio commorantes: ut

proinde, qui est in servitio Episcopi, servitio Ecclesiæ intelligatur, prout loquitur Glossa fin. ibid. Solum adde, quòd ultra duos Canonicos Episcopus in suo servitio habere non possit, qui in absentia gaudeant fructibus Præbendæ. Fagnanus cit. c. De cætero. num. 7. & 8. Barbosa d. cap. 25. de Canonicis & Dignitat. num. 8. allegans Declarationem Sac. Congregationis, die 9. Septemb. 1628.

Objicies contra datam Conclusionem, majoris claritatis gratiâ. Citatis cap. De cætero. & c. Ad audientiam h. t. derogatum fuit per Concilium Tridentinum Sess. 24. cap. 12. §. Præterea. de Reform. ubi Canonicoz absentia ultra tres menses sub privatione fructuum, alivè quæ poenis gravioribus, est prohibita; ergo nihil exinde probatur. Resp. neg. anteced. Siquidem Lex generalis posterior limitatur, ac determinatur per priorem specialiter loquentem; puta Concilium Tridentinum loc. cit. generaliter loquens de Canonicis, per cap. De cætero. & c. Ad audientiam. h. t. specialiter de Canonicis in servitio Episcopi constitutis loquens, arg. l. Non est novum. & seqq. ff. de Legib. junctâ Reg. 34. Juris in 6. Generi per speciem derogatur, cum concordantis: atque amplius dictum est supra Lib. I. Tit. 2. De Constitutionibus. §. 19. num. 496. & 497. Et ita tenet, atque à Sacra Congregatione Concilii sæpius fuisse declaratum, asserti Garciae part. 3. de Beneficiis. cap. 2. numer. 346. & 347. Fagnanus c. Licet. numer. 71. & 106. de Præbend. & Pirhing h. t. n. 29. cum aliis.

Addunt Doctores, quòd illi duo Canonici non solum possint, verum etiam invitè compelli valeant ab Episcopo, ad intersendum ipsi in his, quæ respiciunt ipsius, & Ecclesiæ utilitatem. Glossa c. Ad audientiam. §. Ut duo. h. t. ibi: Ultra duos non possit cogere &c. ac notat Abbas ibid. numero. 3. & Innocentius c. De cætero. & Fagnanus ibid. numer. 15. eod. ac Joan. Gutierrez. Canon. Quæstion. lib. 1. cap. 1. nu. 149. & alii. Unde causa absentie pro servitio Episcopi, ut Episcopi, non solum est justa & probabilis, verum etiam necessaria: cum sit justificata, & approbata à Jure, atque includat necessitatem obsequendi, prout subdit Fagnanus num. 16.

153 Resp. II. An duo illi Canonici Episcopo infer- vientes, non solum possint esse de Ecclesiâ Cathedrali, sed etiam de Ecclesiâ Collegiata, variant Doctores: sententia tamen affirmativa est probabilior; Jurique conformior. Ita Fagnanus d. c. De cætero. n. 11. & 14. h. t. Navarrus cap. 25. Manual. num. 121. Rebuffus in Praxi Benefic. tit. Dispensatio de non residentio. num. 35. & 36. Barbosa De Canonicis & Dignitat. cap. 25. num. 8. asserens se non semel vidisse in dubium revocari, an idem dicendum, si Episcopus in sui servitium velit habere duos Canonicos ex Collegiata; sed affirmativam esse veriorè: pro qua citat etiam Monetam de Distribut. quotid. p. 2. q. 8. numer. 6. & Lotterium lib. 3. de Re beneficiar. q. 27. numer. 190. Id ipsum (subdit Barbosa) fuit decisum à Sac. Congregatione Concilii die 9. Septemb. 1628. Quæ proposito sub hoc dubio, censuit, Episcopum posse uti operâ duorum Canonicorum, sive de Cathedrali, sive de Collegiata Ecclesiâ.

Dices cum Pirhing h. t. numer. 30. oppositum tenente. In cap. De cætero. 7. & cap. Ad audientiam. 15. h. t. unde prior Conclusio desumitur, sermo duntaxat est de Canonicis Ecclesiarum Cathedralium; ergo dispositio in eisdem facta, non est extendenda ad Canonicos Ecclesiarum Collegiatarum, atque Clericos inferiores. Probatur consequentia. Tum quia non est tanta unio inter istos & Episcopum, quanta est inter Episcopum & Cano-